

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Eloquencia s  
cum uariis

Quis medicus egros in transitu curat, nec ullam quidem uoluptatem habet talis uerborum ruencium strepidus? Quemadmodum procliue currencium non ubi uisum est gradus sistitur sed incitato corporis pondere serpit, ac longius quam uoluit effertur. Sic ista dicendi celeritas nec in sua potestate est, nec satis decora philosophie que ponere debet uerba, non proicere, et pedetentim procedere. Perhennis sit unda non torrens. Circumspiciat se sermo noster et estimet, et prebeat estimandum, proferatur malo quam profluat.

Seneca ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Eloquencia s] Eloquencia r L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; egros] egrotos P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; strepidus?] strepidus. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ubi] nisi M; sed] si M; nec *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sit unda] unda sit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Seneca *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>; ibidem] libro decimo rhetoricae L<sup>2</sup>